

re. Hinc ut antea aqua ista conjuncta unam eandem-
que habere naturam, ita & disjuncta illam ipsam natu-
ram & essentiam retinere. Disjungere enim & dividere
aqua, non est eas destruere, alioqui & aqua sub firmamen-
to destructa fuissent; dicente Sperlingio p. m. Inst. Pby-
sic. l. 3. c. 2. p. m. 476. Ex hisce igitur sic colligimus:
Quicumq; aquas propriè sic dictas, supra cœlum illud, quod
die quarto sideribus exornatum fuit, collocavit, is aquas
supra-cœlestes, quas nos intelligimus, produxit. Atqui
DEUS Ter Opt. Max. hoc fecit. E. Major firma, mi-
nor hætenus confirmata est, & in sequentibus etiam ul-
terius patebit.

X. Adjungimus etiam locos parellelos nim. ap.
Hiero-Psalten Psal. 104. v. 2. 3. It. Psal. 148. v. 4. ut &
in Supplem. Dan. S. Cantico Trium Virorum. Quibus
in locis aquæ supra-cœlestes nubibus apertissimè con-
tradistinguntur. Accedit & hoc, quod interpretes
pluriq; imprimis *Arabs*, *Æthiops*, (quorum ille
مَلْعَلَةٌ: سَمِيَّتْ هِيقَ فَوْقَ السَّمَاوَاتِ
non *B. Lutberus* & *Vulg.* ejusmodi adhibuerint voca-
bula, quæ & *cœlum* & *supra* propriè significant.

XI. Nostra sententia ulterius etiam confirmatur ex
oppositæ, quæ nubes pro aquis supra cœlestibus nobis ex-
hibet, absurditate. Licet enim ita argumentari: Quic-
quid est positum infra firmamentum, id à Mose, non
vocatur aqua supra firm. seu expansum. Atqui nu-
bes sunt positæ infra firmamentum. E. Major fa-
cilè probatur quia aquæ illæ debent esse supra expan-
sum, ut dictum th. 9. Minor etiam negari nequit
cum per firmamentum h. l. cœlum sidereum intelli-
gamus, quod itidem probatum th. 6. Et si maxi-

B

mè